Ut leuiora excuteret. obiecta grauioribus caederet. quo
magis patrem falleret et uehementius in fratres moue
ret. maximeq. arcebat arte. in iudicium paternae necis
paratae. ut regnum ei eriperetur quae regibus metu pericu
lis suspectiora. sed ne sine repulsore minus fuerint similia regi
uiderentur. ipse primo tentabat refellere. deinde cons
tringi se gerit manifestaris indiciis rerum uolebat uideri.
ut perorata utrimq. causa quasi nihil iudicio defuisse
ut amplius pater tamquam in conuictos filios excitaretur
Nulla enim res maiorem fidem asserere dabat quam quod
antipater fratrum defensor aestimabatur. hac
fraude plurimorum captabat gratiam. ipsius quoq. patris
in se mentem inclinabat. quitquit cotidie minuebatur
fratribus de affectu paterno in ipsum transfundebatur.
abducebat amicos regios parentesq. et praecipue fra
trem feroram. et salomen eius regis sororem. alienos
a nepotibus fecerat. ut non modo eos non defenderent
sed etiam appeterent atq. odissent
Accen(deb)ato odiorum materiam uxor alexandri glafyra.
quae muliebriter satis insolens parentium extollere
se ecoeperat fastu superbo. eo quod omnibus praeminere(t)
prosapie claritudine. itaq. quasi dominam se omnibus qui
in aula merant regiam praeferebat. patrem auumq.
reges sibi et praecipue darium hirtharpen materni gene
ris apicem insolitam iactare. contumeliisq. ignobilitatis
afficere salomen regis sororem uel dosidem coniugem.
quod illis dolori sibi odio fore. ceteras quoq. feminas
similiter exasperare. quae regi propter decorem magis
quam propter nobilitatem generis copulabantur. plurimis
enim herodes praeter regium morem etiam iudaeorum
usum quasi quadam erroris licentia delectabatur. qui
figuras malorum uitiis suis obtentui ducunt. grauaba
tur ergo alexander uxoris insolentia. aristobolus
quoq. isdem quibus glafyra sermonibus uxorem incesserebat
deiecti illam statu. nec conferendam regio generi
inparem glafyrae. sibiq. esse oppr obrio quod frater